

delicet tempore: A quibus: & quo pacto: quibusq; testibus comproba-
ta. Anno domini. vccc. xxviii. Iustiniano uenetorum duce: dum Leo quin-
tus imperator constantinopolitanus bellum Aegyptio regi q; maximo co-
natū inferre instituisset: Classem a uenetis auxiliarem ex fēdere postulauit.
Edictum prēterea pronunciauit magna adiūcta pena: ne quis oīno christia-
næ gentis; nauigaret ad infidelium loca. Interea bonus quidam nomine tri-
bunus metamaucensis: & Rusticus Torcellanus ueneti ambo: qui magna
tunc negotia in Alexandria gerebant: siue ut nonnulli scribunt: aduersa ad-
acti uentorum tempestate: seu tempus aduenisse rati rerum benegerenda-
rum: In Alexandriam decem nauibus sunt delati. Fuit pet q; gratus sarrha-
cenis eorum aduentus: ob merces occiduas: Q uibus propter imperatoriū
edictum maxime indigerent. Q uum appulissent: reperiunt templi Beati
Marci Aedituos: ubi sanctissimum illius corpus iacebat: ingenti affectos
merori. Primum qui rerum omnium premetentur in pia: non accendentibus
Alexandriam christianis hominibus: ut solebant: ex quorum elemosynis
uitam agerent. Deinde qui cararum rex qui regias edes omni prēciosorum
lapidū genere exornare instituisset: illis forte diebus imperauerat: ut ex om-
nibus christianorum templis nobilissimi quiq; lapides & marmora conqui-
terentur: atq; ad se se afferrentur. Et iam regii fabri euellere incepérant ex Bea-
ti Marci templo: Q uæ uidebantur elegantiora. Accidit autem ut uit chri-
stianus hoc cernens: commotus rei indignitate: lapidem ex iis nobiliorem.
Q uæ sarrhacenus auferre parauerat: maleo confringeret: & uerbo quoq; nō
abstineret. Sacrum ne inquit hunc tu lapidem tolles? Hoc quum sarrhace-
nus audisset: ex templo christianus comprehensus est: & acriter uirgis cœsus
Ea res edituos tum merore: tum metu uehemētius affecit. Duo ii erant: Al-
ter cui nomen stauracius. Alter sacerdos nomine Theodorus. Quæ quum
omnia mercatores quos diximus ueneti animaduerterent: (Videbāt. n. cor-
pus Euangelista (ut fit) aduersis in rebus negligētius asseruari): Subiit ani-
mus tentare edituos. Et experiri tū donis: tum promissis num forsitan tra-
dere: Euangelistam uellent: ut secum uenetias deportarent. Primum igitur
queruntur eorum uicem fortunamq; qui eiusmodi in opia laborēt: Deinde
qui breui templum illud ex quo utcunq; uitam sustentent: in ruinam sit ita-
rum perituros fame & in opia: nisi alicunde dominus Iesus & Beatus Mar-
cus illis succurrat. Id quum aliquotiens dixissent: Eosq; donis nonnullis ele-
mosynarū noīe sibi deuinixissent. Et qd iquā moramini? Tā uobis: q; huic
scō salutē qrere? Quū illi qrerēt: qd nā sibi agēdū cēserēt. Sinite iquiūt: ut
uenetias nobiscū deferamus: ubi & scūs sumo erit honore: & uos diuitē bea-
tāq; sp agetis uitā. Neq; n. ulla gēs ē: q; huiusmodi res sacras maiori precio
estiet. Id quū editui audisset: abhorere primū nisi sūt: tū p̄cti metu: tū mor-
tis. Ne si forte tā christiā: q; sarrhaceni id rescissent: morte penas luerēt. Ve-